





~~11-58~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

11-58

SIGNAT. clvccccxiii.



20  
AD  
SOLENNEM  
ORATIONEM,

d. XIII. Mart. M DC LXXXVI.

in

Memoriam

MASCIANI NOMINIS

habendam,

DNN. PATRONOS, FAU-  
TORES, AMICOS,

Omnes deniq; Gymnafii

Alumnos

decenter invitat

M. ADAM Erdmann MIRUS,  
CON-RECTOR.



ZITTAUIÆ,

Typis Michaëlis Hartmanni

*h. M. Mirus*



**S**icut virtute nihil præstantius,  
nihil pulchrius, nihil amabilius  
est; ita quovis tempore extite-  
runt Viri summi & illustres,  
qui eam aliis quam diligentissimè com-  
mendarunt. Modo enim hominum a-  
nimos ad virtutis studium accendere sa-  
luberrimis præceptis institutisq; volue-  
runt, atq; femina, quæ DEUS nobis in-  
sperfit, diligenti culturâ & fovere & eli-  
cere. Modo usi sunt exemplis, tam ve-  
ris, quam apparentibus, seduloq; osten-  
derunt, ista non solum ad intuemdum,  
sed etiam ad imitandum esse relicta. Mo-  
do solidis rationib' ac argumentis firmis-  
simis muniverunt animum in appetendo  
honesto ac turpi fugiendo. Primum ge-  
nus dicitur Paræneticum, & consistit in  
sententiis argutis præclarisq; admonitio-  
nibus, quæ & ad vitam rectè instituendâ,  
& ad emendandos mores pertinent;  
quales sunt Pythagoræ, Catonis, Phocy-  
li



lidis aliorumq̄; Atq; sententiæ istæ vel  
spargebantur in vulgus, vel statuis pu-  
blicis & parietibus templorum inscribe-  
bantur, vel literarum consignabantur  
monumentis. Alterum genus, Chara-  
cteristicum dictum, exhibet velut in ta-  
bula virtutis ac vitiorum imagines ac si-  
mulachra. Id quod fieri solet modo per  
morum descriptiones, ut facit Theo-  
phrastus in Characteribus Ethicis; mo-  
do per Apologos, ut apud Æsopum; mo-  
do per Emblemata, quæ sunt Alciati;  
modo per exempla, tam vera, quæ tra-  
dit Historia; quam ficta, quæ ad Poësin  
pertinent. Tertium genus mirâ perspi-  
cuitate singula proponit per Definitio-  
nes, Divisiones, Causas, Adjuncta, Op-  
posita &c. In qua Philosophandi arte  
olim Plato & Aristoteles adeò sudarunt,  
ut reliquis facile palmam præriperint.  
Singula tria conjungere cogitur hoc ad-  
huc tempore, qui aliis viam ad virtutem  
ape-



aperire cupit. Sicut enim Paræneticum  
& Characteristicum amorem virtutis a-  
nimo ingenerant, & ad honestum appe-  
tendum inflammant; sic Apodicticum  
in actione munit, atq; ostendit, quæ vel  
facienda vel omittenda sint. Qui priori-  
bus tantum inhæret, facile more Stoico-  
rum à veritate aberrare, & in maxima  
prolabi vitia potest. Ultimum nequit  
agnoscere dignitatem suam, nisi & præ-  
ceptis & exemplis illustretur. Quæ cum  
ita sint, cras more recepto non solum  
memoriam Mascianam repetam, sed &  
ostendam, quomodo triplici hâc viâ faci-  
lè & expeditè quivis ad morum honesta-  
tem pervenire possit. Ut igitur benevo-  
las mihi aures præbeant, qui Mascianum  
nomen diligunt, etiam atq; etiam oro  
contendoq;. Scribeb. d. 12. Mart.  
Anni 1686.





Ung. VI 58 (10)

ULB Halle 3  
002 686 287



Sb,


VD 17  
Sep. 2000 Pd.












B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



20

NEM

ONEM,

DC LXXXVI.

iam

NOMINIS

m,

NOS, FAU-

MICOS,

Gymnafii

os

vitae

mann MIRUS,

CTOR.



VIA,

Hartmanni

*h. m. ...*

